



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 13. De Bhalech, Abraham.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

**M**ontes autem sunt nominati: Caucasus, Taurus, *Caput 10.*  
 Atlas, Parnassus, Cyron, Helicon, Parthenius, Ni- *De montibus*  
 sa, Luca, Pantus, Pentus, Olympus, Libanus. *nominatis.*

**L**umina autem sunt magna & nominata XLI. *Caput 11.*  
 Hydor qui & Phison, Nilus qui & Geon, Tigris, *De fluminibus*  
 Euphrates, Iordanis, Cefiros, Tanais, Memorri- *maioris.*  
 us, Borus, Thenes, Alsius, Taurus, Eurotas, Mæander, Hyr-  
 minus, Axius, Piramus, Baetis, Hebrus, Sangarius, Ache-  
 lous, Paemptus, Euentus, Sperchinus, Gaister, Simois,  
 Scamander, Strymon, o Parthineos, Ster, Yllirius, Da- *o f. Parthene-*  
 nubius qui & Ister, Renus, Rhodanus, p Hember, Eridanus *us, Stura, Illuc-*  
 qui nunc dicitur Tiberis. *gia.* *p.f. Himera*

**E**liorum igitur Noe trium tripartitum sæculum *Caput 12.*  
 diuisorum. Et quidem Sem primogenitus acce- *Divisio filiorū*  
 pit Orientem: Cham autem Mediterraneanum: Ia- *Noe terræ.*  
 phed vero Occidentem. Et ostensis gentibus quæ de quo  
 creati sunt, necessarium declarauimus.

**P**Halech ann. CXXX. genuit Ragan. Ragan an. *Caput 13.*  
 CXXXII. gen. Serach. Serach an. CXXX. genuit *De Halech,*  
 Nachor. Nachor ann. LXXVIII. genuit Thare. *Abraham.*  
 Thare an. LXX. genuit Abrahā. Abraham autē erat anno-  
 rū LXXXV. quo tempore dixit illi Deus, ut exiret de terra  
 sua & de domo patris sui, & veniret in terram Chanaan.  
 Fiunt igitur à diuisione usquequo venit Abraham in ter-  
 rā Chanaan generationes V. anni DCXVI. Ab Adam  
 autem generationes XX. an. III. millia, CCCLXXXIII.  
 dies IIII. Conuersatus est autem Abraham in terra Cha-  
 naan annis XXVI. & genuit Isaac. Isaac autem anno LX.  
*Eccc 3* *ge-*

genuit Iacob. Iacob autem LXXXVIII. genuit Leui.  
Leui an. XL. genuit Gad. Gad an. LX. genuit Amram.  
Amram an. LXX. genuit Aaron.

*Caput 14.*  
De egressione  
filiorum Israei

N LXXXIII. anno Aaron egressi sunt filii Israel de Ægypto, educente eos Moysē. Fiunt igitur omnium an. CCCCXXX. In deserto XL. ann. fuit populus sub Moysē. Hiesus Naue transito Iordanē fuit in terra ann. xxxi. Bellum agitat ann. vi. & postquam possedit terram iuxta an. xxv. Fiunt ergo ex quo Abraham venit in terram Chanaan usq; ad mortem Hiesu Naue gentium numero vii. ann. dī. Ex Adam autem generato xxvii. ann. 111. millia DCCCLXXXI. Post mortem vero Hiesu Naue peccans populus, traditur Cusarsaton Regi Mesopotamiæ, cui seruuit annis viii. Et cum clamasset ad Dominum, exsurrexit Othoniel frater Caleb iunior, de tribu Iuda, qui denunciauit ipsi Cusarsaton, & occidit illum, & gessit ducatum populi ann. XXXII. Et iterum dum peccaret, traditus est Eglon regi Moab, & seruuit illi ann. XXIII. Conuerso autem populo surrexit Aoth, vir de tribu Ephraim, & occiso Eglon principatus est populo an. LXXX. Mortuo autem Aoth delinquens populus traditus est Iabin Regi Chananæorum, cui seruuit ann. xx. Sub eo prophetauit Delbora vxor Lapidoth de tribu Ephraim, & per ipsam ducatum gessit Barach Abinoem de tribu Neptahim. Hic denunciauit Iabin regi, & vicit eum, & regnum iudicauit cum Delbora annis XL. Post cuius mortem peccauit populus & traditus est Madianitis ann. vii. Sub quo surrexit Gedeon de tribu Manasse qui in trecentis viris centum viginti millia hostium perdidit. Hic rexit populum annis XL. Huius filius Coimelech.

Post